



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

19 de Legibus secundum quas Retractus fieri debet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

proximis: & proinde per cessionem ad extraneos extendi non debet. sicut in l. si plures de administr. tutor. P. & in l. vnic. ut. quib. numeribus excusent. ii. qui post impletam militiam, vel administr. Et lib. 10. C. l. si nemo, de testam. iura. ut neque alia personalia, l. quia tale solut. maritum. P. l. pater, de seruit. lega. in P. l. iuris gentium, §. pactorum, de pact. in P. Quomodo nec ius prelationis, quod competit dominis directis, vendentibus clientibus res emphyteoticas, vel censuales, non potest cedi extraneis, nec pro alio, quam pro seipsis ab illis retineri, Boerius in commenta. ad consuetud. Bitur. titul. de la re tenue des choses vendues in sisf. §. 1. ver. Et intellige per l. 3. §. sed no hac occasione de iure emphyt. C. G. uid. Papas, decisio. 411. nec dotis privilegium ad alios transit ab illis quibus nominatim datur, l. 1. de primleg. aor. in quo lapsus est Franciscus Mignonus, ratus hoc ius cedi posse, in commenta. ad consuetud. Andegaven. part. 1. ar. 347.

2 Quod intelligendum est, quando proximalii super sunt: nam si nullus alius, quam is, qui potest redhibere, superest is poterit extraneo hoc ius vendere & cedere, aliter nequaquam. In quo differt hæc redhibitio gentilitia a pacta, quæ cedi libere potest extraneo & cui libet, Barbatus consil. 51. 1. volum. colum. 24. Quia ex sententia Bartoli, qui habet ius ingrediendi fundum debitoris propria auctoritate, potest illud cui libuerit libere cedere, Barto in l. 1. §. usufructuarus per eum textum, nu. 2. de ope. nou. nuntia. Notat & Ioannes Faber, axioma hoc, cedi non posse ius accrescendi, interpretandum, vt non possit cedi ante obdignationem & oblationem pretii: verum postea possit, & intra annum & diem, Ioannes Faber in §. ex non scripto, de iure natural. atque secundum hanc sententiam iudicatum fuit, Ioannes Papius lib. 11. Respo. aresto. tit. 7. aresto 4.

De Legibus, secundum quas retractus fieri debet. Cap. 19.

- 1 Retractus gentilitius consuetudinibus regitur locorum, ubi res sita sunt.
2 Et lege conventionis.

1 N forma præscribenda retractui, sequenda sunt consuetudines locorum, in quibus res sita sunt, quæ veniunt: non autem locorum, quæ incolunt vendentes aut retrahentes. Quia hoc ius maxime res ipsas considerat: ideo si alienigena vendat rem in loco consuetudinario, vbi retractus sit: sitam, retractui subicitur: & contra si is qui in loco retractus habitat alibi sitam rem, vbi retractus non est consuetudo, vendat, illa libera a retractu erit, Tiraquei in tracta. de retra. gentil. §. 1. glo. 1. nu. 1. 2. 3. Ioannes Faber in licentia populos, collat. 5. de summa iuri. Sic enim generaliter, dum de rebus agitur, sequimur consuetudinem locorum vbi sita sunt, l. si sine herede, §. Lincius, de administr. tutor. P. l. venditor, §. si constat commun. prædior. l. forma censuati, de censib. in P. 2 Adhibenda tamen venditionis formula, & perpendendum num conditionalis, an cum pacto redhibitionis, vel alio modo facta, vnde gentilitia redhibito, vt supra docui, distinctiorem recipit.

Praxis & modus constituendi & prosequendi actionem in retractu, cuius sit generis. Cap. 20.

- 1 Et seq. Retrahendi res venditas per proximiorum, praxis & methodus.

1 Vno, t explicata fere omni substantia retractus, de methodo agendi pauca subiiciamus. Primum itaque proximius extra iudicium debet interpellare emtoem, vt secundum consuetudinem iuri huic satisfiat, vt Ruth. c. 2. l. quidam iherus de seruit. vrb. præd. Sic enim olim proponebantur omnes actiones personales, denuntiatione præcedente, vnde conditiones dictæ, §. appellamus, de actio. Quod si extra iudicium amice non possit conlequi quod petit, induit actionem personalem in rem scilicet pactam, quæ & comitatur rei detentorem, sicut & realis, & que ad exhibendum intentatur, l. 3. §. est autem, Et ibi glo. ad exhib. in P. l. si de contrab. em. in P. l. m. exum, §. fin. de eo quod met. caus. Et exemplo restitutionis in integrum proximius experietur, non solum aduersus emtorem, sed & ad eam, qui ab emente emit, l. minor 25. annis 39. de emul. in l. quod non proprie actioni personali sed petitioni in rem competit, l. actionum, de actio in P. l. cum qui, C. de iur. l. cogit, §. vnde quæritur, ad Trebell. Atque quando consuetudo tribuit ius in re, agi actione reali tradit Ioannes Faber in

l. 2. 4. capite, qua sit lohya consuetud. Cod. & posse etiam in hac retractus causa agi reali defendit, Ioannes Faber in §. ex non scripto 3. versicul. circa 4. colum. 3. de iure natural. Ego lubens huic sententia accedo, quamquam sciam alios opinari agi oportere conditione ex lege statuti: & Chassanæum in definienda hac actione variabile modo personalem nominans, Chassanæus in titulum de retractu, §. 1. ad verba leg. penultim. rachepter, in consuetu. Burgund. modo non pure personalem, sed personalem in rem, idem Chassan in dict. titul. §. 1. ad verba. le de reventur, versicul. sed qua actione. Alios scio personalem tantum arbitratos, vt Catonem Ruinenfem, consil. 76. colum. 3. numer. 9. libr. 1. Bartholomæum, Capollam consil. 43. causlar. civil. incipiente clarissime, colum. 3. versicul. 2 & consil. 65. versic. primum quia dominus, Arnoldum Ferronum, ad consuetud. Burgund. titul. de retractu, §. 1. qui ideo conueniendum a proximo emtorem putat, in loco domicilii tantum: cum tamen alii dicant posse conueniri emtorem ad redhibitionem faciendam, non tantum in loco domicilii, sed etiam vbi res sita est, realium actionum exemplo, vt in l. final. Cod. vbi in rem actio. l. 1. Cod. vbi de hereditat. agi oporteat, gloss. Et Docto. in ca. final. de foro competenti. Secundum quam sententiam, vt æquior em, iudicatum fuisse in curia suprema Lutetia Parisiorum, 22. Decembris 1545. refert Papius in Rha: so. arestorum, l. br. 1. titu. 7. arest. 24. vtrouque enim in loco, in actione personal in rem scripta, sicut in actione in rem conueniri reus poterit, cap. ex parte, Et ibi Innocent. de foro competenti. Et post eum Hostiensis & ceteri. Atque consuetudines quædam de retractu agentes, nominatim iubent adiri iudices locorum, vbi res sita sunt, in consuetu. Barbonensica. 527. Canonianens. c. 392. Andegaven. §. 382. Et.

Quid præstare vel offerre debeat proximus emtori, & emtor proximo. Cap. 21.

- 1 Et seq. Redhibere volens quid iure proximitatis, quid præstare debeat emtori.
2 In Redhibitione edititia quid restituendum vtrique.
3 Damnum unde dicitur.
4 Proximus quale pretium emtori secundo, redhibendo restituat.
5 Impensa que re, etuntur, quando retrahitur res.
6 Fructus perceptos emtor a quo redhibetur, non tenetur restituere.
7 Redhibitionis gentilitia & edititia differentia.

Statuunt t vno consensu consuetudines omnes, partes proximi in retractu esse, vt pretium emtori restituat, cum impensis legitimis in rem factis. Pretium æquale dato ab emtore esse debet, ca. consuetus, de restitu. in integr. §. pe. qualiter olim poterat feudum alienari, l. si non emtionem, in fine de minorib. 25. an. l. intra utile, §. fin. eod. tit. §. 1. per quos sit inuesti. in v. feud. l. ad officium, C. com. diuid. Et pretii quoque nomine intelligitur, quodcunque pretii causa additum est emtoni, le fundi partem, de contr. em. P. 1 Ordo t namque redhibitionis adilitæ etiam est, vt qui perit alium aliquid dare, vel facere, vt ipse faciat, vel det, primum ex suo præstare, quam recipere, Vlp. in l. adiles etiam, 25. §. fin. Et Papius in l. videamus, 26. le. cum autem, §. Iulianus, de adilit. edict. P. facit leg. Iulianus, §. offerri, de actio. emr. P. l. venditor, §. fin. commu. prædiorum, P. Et notant interpretes: pretium statim ei soluendum, qui vendere cogitur, glo. in l. 1. ad verb. necessitatem, Et ibi Bal. de commu. seruo. manumiss. Quia si ipse libere vendidisset, non teneretur habere, si noller fidem de pretio, §. item pretium, de emt. ap. Iust. Quæ pretio accedunt quoque, emtori soluenda, vt vsuræ & si quid emtionis nomine erogatum est: si tamen propter necessitatem, contractus dederit, non autem si sponte, vt recte docet Vlpianus in l. del. et. 27. Et in l. si red, 29. de adilit. edict. P. Item omnia reliqua præstantur, quæ indemnem reddant: si quid propter rem condemnationis emtor subierit, l. item si seruis, 30. de adilit. edict. P. 1 Damnum t porro cum dicatur a diminutione patrimonii, l. 3. de damno infect. P. intelligitur deducto omni lucro, vt lu. rum deducto omni damno, l. 2. Mutuus, pro sec. 1 Si tamen prior emtor, alteri plus vendiderit, quam emerit proximus, qui ratione prioris emtionis retrahit, pretium tantum prius, non quod plus vendita res est, tenetur exsoluere possessori, Chassanæus in titul. de retract. §. 11. ad verba lo de reventur, gloss. 1. ad consuetud. Burgund. accedit Papius, l. iuris consil. in leg. postliminium. 19. §. si is qui emerat, de capti. lib. 49. P. tit. 15. At impense necessariz in rei conseruationem factæ augent pretium, in l. in summa, 6. de pign. C. lib. 8. tit. 4. Pompon. in l. si necessarias, §. de pignori. acti. lib. 13. P.

